

Bernhard von Waging verfasst Klagelieder (trene) über die misslungene Reform des Klosters St. Georgenberg und sendet sie an NvK. Er berichtet über die erfolglosen Reformbemühungen und beklagt sich über die fehlende Unterstützung des NvK bei der angeordneten Visitation. NvK solle den Abt von St. Georgenberg und die Äbtissin von Sonnenburg unverzüglich absetzen.

Kopie (gleichzeitig): MÜNCHEN, StB, Clm 19697f. 60<sup>r</sup>-61<sup>r</sup>.

Druck und deutsche Übersetzung: Baum/Rauter, *Klagelieder* 489-492 (= BR).

Erw.: Vansteenbergh, *Autour* 137 Anm. 2; Redlich, *Tegernsee* 103; Gismann, *Beziehungen* 607; Baum, *Nikolaus Cusanus in Tirol* 147f.; Treusch, *Bernhard von Waging* 52; Rinser, *Tegernseer Kosmos* 208.

Die Klagelieder (hier: trene, eigentlich: threni, griech. thrénoi) scheinen in diesem Kontext, der Ordensreform, einzigartig zu sein.<sup>2)</sup> Am Modell der Klagelieder des Jeremias orientiert, stellen sie, formal in einem Patchwork von Bibelzitatien und -zitatallusionen, Ausrufen (ve, ve; o, o), rhetorischen Fragen und zahlreichen Gott in den Mund gelegten Sentenzen eine Kritik mit karikierendem Einschlag (imputationes cum lamentacionibus; Nr. 3930 Z. 8) am Dargestellten (hier: der erfolglosen Reform des Benediktinerklosters St. Georgenberg) dar. Sie richtet sich gegen verschiedene Beteiligte und verschont auch NvK nicht. NvK habe die beiden Tegernseer Mönche bei der Visitation im Stich gelassen und habe außerdem den ehrwürdigen Abt Kaspar Aindorffer unter Druck gesetzt, an der Visitation teilzunehmen, obwohl dieser sehr krank sei.

Offenbar vertrieb sich Bernhard von Waging damit die Zeit des frustrierenden Wartens (s. aber Nr. 3930 Z. 3f.). Als literarisches Werk will er es jedoch vom Empfänger (NvK) erstgenommen wissen. Als die erste Kopie NvK offenbar nicht erreichte, schickte Bernhard eine zweite an ihn (s. Nr. 3930).

Trene in excidium, deieccionem, eversionem desolacionemque Montis Sancti Georii atque scelestorum inhabitantium in eo.

‚Fili hominis‘, hic dicit dominus, ‚assumere‘ tibi ‚lamentum‘<sup>3)</sup> et ve, onus pontificis ecclesie Brixinensis: Quid est, o dominator domine, in quo clamamus, pater reverendissime, cardinalis et presul predigne,  
 5 quid est, quod in monte sub tui regiminis cura fiunt scelera tam multa, ubi contra insontes blasphemorum prevalent consilia iniqua? Quid est, quod vinea mea in ipso monte dudum honorifice erecta, olim singulariter electa<sup>4)</sup>, Benedicti regula et dogmate rigata eiusque meritis et ope defensata, nunc penitus neglecta, deiecta et desolata sceleratorum est facta spelunca?<sup>5)</sup> Ideo hec dicit dominus: ‚Fili hominis,  
 10 loquere‘<sup>6)</sup> ad primatem ecclesie Brixinensis ‚et dices‘: Nonne custodem te posui et vinitorem super vineam meam<sup>7)</sup>, ut destruas, evellas et plantas atque vindemias ad perdendum uvas, que tantum apparent et numquam maturescunt neque fructificant?<sup>8)</sup> Ut quid pauperes cum Conrado<sup>9)</sup> Bernardum<sup>10)</sup> filios tibi per omnia obedientes teque videre et audire cupientes frustra fatigando inter montissimas Alpes ursi catulisque leonum et beluis rabidis perdendos exponere voluisti et eis tuam desideratam presenciam atque necessariam assistenciam subtraxisti? Numquid a dextris eorum leena cum leonibus<sup>11)</sup> et pardis a

1) Trene: Threne BR. 3 hic: tibi BR. 4 predigne: perdigne BR. 5 blasphemorum: fehlt BR. 6 prevalent: pervalent BR. 10 uvas: unas BR. | tantum: tum BR. 12 ursis: ursibus BR.

1) *Terminus ante quem* ist das erste Begleitschreiben Bernhards an NvK; Nr. 3924.

2) Zur Gattung vgl. G. Bernt, *Art. Planctus*, in: *LexMA* 6 (1993) 2198f.

3) Vgl. Ez. 27,2.

4) Vgl. Jer. 2,21.

5) Vgl. Jer. 7,11.

6) Ez. 33,2.

7) Vgl. Hld. 1,6.

8) Vgl. Gen. 40,10.

9) Konrad von Geisenfeld (?).

10) Bernhard von Waging, der Verfasser, selbst.

11) Vgl. Gen. 49,9.

sinistris parati ad devorandum?<sup>12)</sup> Num inter scorpiones biduo commorati sunt?<sup>13)</sup> Quare eis imponere 15  
 voluisti? Et quis eis manus porrexit aut consolatus est nisi dilectus meus fidelis vicarius tuus?<sup>14)</sup> Preterea  
 hec dicit dominus: Quid peccavit servus meus, filius tuus abbas in Tegersee<sup>15)</sup>, quod cor et animam eius  
 auferre nisus es? Nonne tuis iussibus et mandatis semper parere paratus est? Et quia personaliter legitime  
 impeditus venire nequivit, eum cum altero, quos sicut animam suam diligit, pro se mittere decrevit<sup>16)</sup>,  
 quorum tamen absentia vel ad modicum temporis sibi plurimum est molesta? Et tu, o abba, quid est, 20  
 quod fecisti? Nam plus appreciaris Brixinensem episcopum quam unicum cor tuum? Sed forsitan iuste,  
 quia tunc taliter inspiravi te. Verumtamen si non attentius pro eis adorasses, quos miseris, me, ipsi salvi  
 non redissent ad te. Et nunc hec dicit dominus: Fili hominis, assume tibi parabolam et dices ad patrem  
 dignissimum, quod veneraris digne dominum tuum. Ipse mihi servus fidelis. Ego dominus usque ad  
 tempus miserans et parcens. Ego iudex et vindex ulcionem in tempore retribuens<sup>17)</sup>, tu autem contem- 25  
 tum meum, ymmo et tuum dissimulas usque adhuc, quin eciam fratrum de Tegrinsee filiorum tibi  
 devotorum causam negligis ac perversorum iniusticias atque blasphemias male pacienter perfers?  
 Forsitan times eos, qui illustres aut generosi vocantur. „Ne formides a facie eorum.“<sup>18)</sup> Ego dominus,  
 protector tuus, tecum ero in omnibus<sup>19)</sup>, ad que progredieris in nomine meo. Non te desero nec recedam  
 a latere tuo. Ne ergo propitieris impietatibus impiorum neque inducias des poscentibus, quippe obstinati 30  
 sunt in maliciis suis et festinant descendere in infernum viventes.<sup>20)</sup> Non accipias personam contra me.<sup>21)</sup>  
 Ego dominus visitavi vineam istam montanam iam annis plurimis.<sup>22)</sup> Expectans expectavi, querens  
 fructum ex ea, sed minime inveni. Quod si quidam fortassis dixerat: Sine, fodiamus et hoc anno fossas et  
 stercora mittamus in eam, sarta tecta quoque domus reficiemus ac domatibus preerimus, ne ymbribus  
 absumantur, si forte adhuc isto anno in melius profecerit et non penitus excidatur. Hec dicit dominus: 35  
 Ne audias voces eorum. Ego enim proieci vineam hanc cum cultoribus suis. Abalienati sunt a me et ego  
 despexi eos. Non propiciabor neque miserebor amplius. Eradicetur ergo funditus et non relinquatur  
 semen in ea, non propago, non palmes nec vitis, evertatur penitus fiatque plantacio nova et fecunda,  
 quam ego ipse rigabo de altissimo solio meo. Sed et hec dicit dominus: Caput ipsius vinee, quia vacuum  
 et inane, quantocius succide<sup>23)</sup>, eice et evertet nec ad momentum vivere sine. Eice quam cito, ut quid 40  
 eciam terram occupat<sup>24)</sup> et ipsam vineam tam diu contaminat atque prophanat. Per tuam autem indu-  
 striam cultorem alium ponam ydoneum et iustum, qui suis temporibus fructum reddat desideratum.

Insuper hec dicit, qui tenet stellas septem in dextera sua<sup>25)</sup>, qui ambulat in medio septem candelabro-  
 rum aureorum<sup>26)</sup>: Loquere ad angelum Brixinensis ecclesie, nam et ipse dignanter audiet te dicesque, hec  
 dicit primus et novissimus. Novi opera tua: caritatem, fidem, pacienciam, ministerium et laborem tuum, 45  
 et complaceo in te. Esto fidelis et certa pro fide mea et pro religionis observancia usque ad mortem, non  
 parces corpori nec rebus. Non sustinebis eorum, qui cucullati vel tonsorati sunt, opera nephanda nec

---

26 quin: qui *BR.* 28 generosi: gratiosi *BR.* | Ne formides: Reformides *BR.* 34 domus: domos *BR.*  
 41 contaminat – prophanat: contaminatam atque profanatam *BR.* 45 Novi: nomina *BR.* 46 mea: unica  
*BR.* 47 parces: parcens *BR.*

<sup>12)</sup> *Vgl. Hiob 4,10.*

<sup>13)</sup> *Vgl. Ez. 2,6.*

<sup>14)</sup> *Michael von Natz.*

<sup>15)</sup> *Kaspar Aindorffer.*

<sup>16)</sup> *Bernhard von Waging selbst.*

<sup>17)</sup> *Vgl. Deut. 32,35.*

<sup>18)</sup> *Jer. 1,17.*

<sup>19)</sup> *Vgl. Jos. 1,9.*

<sup>20)</sup> *Vgl. Num. 16,30 und 33.*

<sup>21)</sup> *Vgl. Deut. 1,17.*

<sup>22)</sup> *Vgl. Lk. 13,7-9.*

<sup>23)</sup> *Vgl. Lk. 13,9.*

<sup>24)</sup> *Lk. 13,7.*

<sup>25)</sup> *Vgl. Apok. 1,17.*

<sup>26)</sup> *Vgl. Apok. 1,20.*

eos, qui ‚sinagoga sunt Sathane<sup>27)</sup>, tecum sinas aliquatenus habitare. Sed et Jezabel<sup>28)</sup> utramque cicius eicere stude. Seducunt enim et trahunt post se animas in perdicionem. Est una in monte, de quo nunc  
50 sermo, bestia horrenda. Est in monte altero Jezabel altera<sup>29)</sup>, fortasse crudelior belua. Verumtamen utraque interfectorix animarum. Eya ergo, eiciantur pariter, proscribantur et procul pellantur a terminis tuis, sed et semen Jezabelis in Sonnenburg, quod nunc est, non fructificabit in perpetuum. Igitur eo deleto vel amoto oportet spargere novum. Valeret semen virile sanum et purum vel eciam permodice viciatum plus quam muliebre eciam omnino depuratum. Nempe ‚melior est iniquitas viri‘, qui tamen vir  
55 est, ‚quam benefaciens mulier‘.<sup>30)</sup> Age viriliter et ne remissus esto in his, que iussero tibi, neque sermones meos hos proieceris. Alioquin vivo ego, dicit dominus, ‚movebo candelabrum tuum de loco suo‘<sup>31)</sup> et ‚delebo nomen tuum‘<sup>32)</sup> a facie terre. Ayt dominus omnipotens.

Onus abbatis montis sancti Georii et suorum complicum

Hec dicit dominus pro eo quod de domo tua ‚exiit radix peccatrix‘<sup>33)</sup>, ut vicinos tuos fratres de  
60 Tegrensee ad te pacifice venientes, pro tua quoque salute zelantes, non solum per te, quia ignarus et advena in terra, sed pravorum suggestione contempsisti eosque confusibiliter a te eiecisti, tuam tuorumque salutem parvipendens, tuo dignissimo pastori et presuli inobediens eiusque legatorum piis monitis et hortaminibus, minis et terroribus audacter cum tuis contumax et proterviens restitisti, in tua quoque obstinancia et rebellione induratus perstitisti. Propterea hec dicit dominus: Non auferetur dedecus et  
65 infamia de domo tua neque ignominia subditorum tuorum abolebitur in sempiternum, qui tecum in eadem damp(na)cione contemptores obstinati perdurant, quorum tu sicut es predecessor in crimine, ita et eris in penis Yehenne. Sed et hec dicit dominus: Quia sic facere non timuisti, sed frontem meretricis impudenter induisti nec vel modicum erubescere voluisti, inducam malum super te et super domum tuam, cui nunc male prees. Sterilis erit tibi in perpetuum nec semen ex ea accipies, nisi forte semen  
70 pessime tue Jezabel, quam in tui confusionem et eiectionem foves et colis usque adhuc. Insuper delebo te et semen tuum tecum a superficie terre et dissipabo omne germen ex vobis, ne deinceps contaminetis neque inaniter quinymmo infeliciter occupetis eam. Non amputabo, sed funditus eradicabo, ne utrumque de cetero valeatis pullulare. Benedicam maledicentibus vobis ac benedicentibus maledicam<sup>34)</sup> denique pro eo, quod servum meum abbatem in Tegernsee iniuste calumniatus es, imponens ei, de  
75 quibus ipse ignorat. Tu penam lues et pro servo in eo respondebit innocencia sua. Sed esto, quod indignacio tua atque presumpcio superba non ei poterat pacifice loqui nec dolum tue malicie uti debueras cohibere quibas, saltem eius parvulos ad te in caritate missos debueras mansuete suscipere et cum caritate benigne audire. Preterea non timuit abbas in Tegernsee, ymmo nescivit, sed neque promeruit tui tuorumque amaritudinem animorum. Itaque quia frustra emularis, iniuste gravaris, inique machinaris pro  
80 his et aliis, tu ipse cum tuis nisi resipueris et cum effectu penitueris, pena eterna plecteris. Ayt dominus omnipotens.

Onus montis Georii et incolarum eius

Et tu fili hominis, sede cito et sume tibi pugillarem et atramentarium ad renes tuos et scribe: Hec dicit dominus: Ve, ve monti huic, sed et montibus in circuitu eius.<sup>35)</sup> Non descendat super vos ymber, pluvia

---

52 Sonnenburg: *korr. aus* Sonnenberg. 53 oportet: optamus *BR*. 54 eciam: ceteris *BR*. 58 complicum: complicium *BR*. 61 confusibiliter: consensibiliter *BR*. 66 perdurant: perdurantur *BR*. 72 quinymmo: querimonia *BR*. 75 in eo: *am Rand eingefügt*. 80 resipueris: pueris *BR*.

---

<sup>27)</sup> *Apok.* 2,9.

<sup>28)</sup> *Vgl.* 2 *Kön.* 9,30-37.

<sup>29)</sup> *Die Bezeichnung der Äbtissin Verena von Sonnenburg mit dem Namen der alttestamentarischen Königin Jezabel begegnet hier erstmals und findet auch bei NvK mehrfach Verwendung.*

<sup>30)</sup> *Sir.* 42,14.

<sup>31)</sup> *Apok.* 2,5.

<sup>32)</sup> *Vgl. Apok.* 3,5.

<sup>33)</sup> 1 *Makk.* 1,11.

<sup>34)</sup> *Vgl. Gen.* 12,3.

<sup>35)</sup> *Vgl. Ps.* 76(75),12.

aut ros<sup>36</sup>), sterilitas perpetua in vobis sit, donec conterantur omnes et prorsus delegantur, qui nunc in 85  
maliciis gloriantes morantur in medio vestrum. Ve, ve precipue montis viri et soli, sed multo amplius  
habitoribus eius pro eo, quod non cognoverunt tempus visitacionis eorum et quia contempserunt et  
inique egerunt, contemptibiles et odiosi erunt, atque ignominia replebuntur. Sed et hec dicit dominus:  
Mons moncium, caverna blasphemantium, quia despexisti me, non avertetur furor meus a te, propterea  
circumdabunt te mala undique et vicinos tuos propter te desolabitur terra<sup>37</sup>) nec pastum prestabit neces- 90  
sarium ad vitam. „Non parcat oculus<sup>38</sup>) meus, donec penitus consumeris cum incolis tuis rediganturque  
ad nichilum, qui iam habitant in te et in obprob(r)ium veniant universis habitatoribus terre et tunc  
demum furor meus cessabit contra te et omnis indignacio conquiescet, eritque benedictio mea super te  
et in omnem regionem in circuito tuo, cum populus electus et gens sancta<sup>39</sup>), ambulans in iusticiis et  
iudicia faciens atque precepta observans habitare ceperit in claustris et custodiis tuis. Ayt dominus 95  
omnipotens.

Hee nove trene trenorum sunt tempore scripte.  
Quod si peccavi scribens, indulgeat deus.

---

87 eorum: *korr. über sue (nicht gestr.)*. 88 ignominia: *ignomnina BR*. 90 necessarium: *necessariam BR*.

---

<sup>36</sup>) *Vgl. 2 Sam. 1,21.*

<sup>37</sup>) *Vgl. Jes. 7,16.*

<sup>38</sup>) *Jes. 13,18.*

<sup>39</sup>) *1 Petr. 2,9.*